

P. R. O. rios Magistratus Officiarios et Ministros suos secundum tenorem ac veram intencionem presencium constituendos et conficiendos debite exequendam Judicesque et Justiciarios Magistratus et officiarios quoscunque ad quascunque Causas et cum quacunque potestate et in forma que prefato modo Baroni de Baltimore vel heredibus suis melior esse videbitur terra illa ac parcum illarum mari constituendi et ordinandi crimina item et excessus quoscunque contra hujusmodi leges sive ante judicium acceptum sive post remittendi relaxandi et pardonandi et abolendi ceteraque omnia alia et singula ad justicie complementum Curiaskue Pretoria et Tribunalia Judiciorum formas et procedendi modos pertinentia etiam si de illis expressa in presentibus non fiat mencio ac in Curiis Pretoriis et Tribunalibus illis in Accionibus sectis causis et negotiis quibuscunque tam criminalibus quam civilibus personalibus realibus et mixtis ac Pretoriis procedendi placita tenendi et terminandi per Judices per ipsos delegatos liberam plenam et omnimodam tenore presencium concedimus potestatem Quasquidem leges sic ut premittitur promulgandas absolutissima juris firmitate niti et ab omnibus hominibus subditis et ligeis nostris heredum et successorum nostrorum quatenus eos concernunt in partibus illis custodiri et sub penis in eisdem expressis et exprimendis inviolabiliter observari volumus injungimus precepimus et mandamus Ita tamen quod leges predice sint rationi consone et non sunt repugnantes nec contrarie sed (quoad convenienter fieri poterit) consentaneae legibus statutis consuetudinibus ac juribus hujus Regni nostri Anglie Et quoniam in tante Provincie regimine repentinae casus sepe numero contingunt quibus necesse erit remedium adhiberi antequam liberi tenentes dicte Provincie legati vel deputati sui ad leges condendas convocari possint nec idoneum erit continuo tali casu emergente tantum populum convocari Idcirco pro meliori gubernacione tante provincie volumus et ordinamus Ac per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris prefato modo Baroni de Baltimore et heredibus suis concedimus Quod prefatus modo Baro de Baltimore et heredes sui per se vel per Magistratus et officiarios in ea parte debite ut prefertur constituendos ordinaciones idoneas et salubres de tempore in tempus facere et constuere possint et valeant infra Provinciam predictam custodiendas et observandas tam pro Custodia pacis quam pro meliori regimine populi ibidem degentis easque omnibus quos eodem aliqualiter tangunt seu tangere possint publice innotescere quasquidem ordinaciones infra dictam Provinciam inviolabiliter observari volumus sub penis in eisdem exprimendis Ita quod eodem ordinaciones sint rationi consone et non sint repugnantes nec contrarie sed (quoad convenienter fieri potest) consentaneae legibus Statutis